

www.e-rara.ch

Samuelis Dalei, M.L. Pharmacologiae, seu manuctio ad materiam medicam

Dale, Samuel

Londini, 1737

ETH-Bibliothek Zürich

Shelf Mark: Rar 1048

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-12628>

Sectio sexta. De arboribus pruniferis.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

infrequens venditur, cui viribus respondet, & pro succedaneo ejus non immeritò usurpari potest.

SECTIO SEXTA.

De Arboribus Pruniferis.

Arbores Pruniferas voco, quæ fructus majores proferunt officulum intus unicum, pericarpio seu pulpâ etiam per maturitatem humidâ undique circum continentes, R. H. p. 1512.

Arbores Pruniferæ sunt vel fructibus

Solitariis, seu in singulis pediculis singulis, quæ vel sunt pediculis

Brevissimis, fructu vel

Compresso seu pulvinateo, officulo

Lævi aut æquali; folio rotundiore: *Malus Armeniaca*.

Inæquali, sulcis aut scrobiculis exarato; folio

Simplici,

Longo, ferrato, officulo

Rotundiore, rugis scabro, fructus pulpâ copiosiore, molliore, & esculento: *Malus Persica*.

Productiore, & scrobiculis exarato, pulpâ per maturitatem ficiore: *Amygdalus*.

Subrotundo, ferrato: *Tacamahaca*.

Pinnato, fructuque oblongo, viridi: *Ebenus*.

Rotundiore, & minus compresso.

Glabro, nucleo aromatico, venis flavis, rubentibus, vario, triplici putamine tecto: *Nux Moschata*.

Piloso, foliis citrinis: *Arbor Benzoinifera*.

Paulo productioribus, flore

Albo speciosiore, officulo fructus compresso, crasso, ac duro

Minus, pulpâ molli: *Prunus*.

Magis, fructu etiam costis aliquot elatis anguloso: *Myrobalanus*.

Luteo aut herbido minus pulchro, officulo duriore, arbore ipsa

a b

Non spinosa, fructu tereti, oblongo, valde acido, officulo etiam tereti, durissimo: *Cornus*.

Spinosa, foliis trinerviis, per ambitum ferratis: officulo scabro: *Fujuba*.

Longissimis in hoc genere, fructu brevioribus, & ad basin latiore, rotundioribusque quam sint *Pruna*, & officulo pariter brevioribus, ac tumidiore: *Cerasus*.

Racemosis aut confertim nascentibus, officulis monospermis, fructu nudo, officulo

Fragili; fructu ipso pruniformi, liquore pingui, Oleo dicto, scatente, foliis salignis subtus incanis, perpetuis, officulo fructus durissimo, scabro: *Olea*.

Lento & ligneo, fructu ipso seu

Cordiformi, foliis etiam geminatis, glabris, flosculis tetrapetalis: *Anacardium*.

Pyriformi, officulo etiam reniformi summo fructui innascente, foliis singularibus, flosculis pentapetalis: *Acajou*.

I. De Malo Armeniaca.

Notæ sunt, Folia lata, glabra, *Populum nigram* referentia: ossa plana & lævia.

A. Armeniaca Malus, Præcocia, *Offic. Armeniaca Malus major, Ger. 1260. Emac. 1448. Armeniaca, Malus Armeniaca, Mont. 37. Malus Armeniaca major, Park. Parad. 579. Jonsf. Dendr. 74. Armeniaca Mala majora, C. B. Pin. 442. J. B. i. 167. Raii Hist. ii. 1514. Mala Armeniaca, Chab. 11. Armeniaca fructu majori, nucleo amaro, Tourn. Inst. 623. Elem. Bot. 495. Armeniaca Malus fructu majori ex luteo rubescente, Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat. 59. Boerb. Ind. A. ii. 242. The Apricot-tree. In hortis, & viridariis colitur. Usu. Fructus in culinis; in medicina enim raro occurrit.*

II. De Malo Persica.

Foliis longis angustis; fructus officulo rugis & sulcis profundioribus exarato a reliquis differt, R. H. 1514. A. Persica Malus, *Offic. Ger. 1258. Emac. 1447. Park. Parad. 580. J. B. i. 157. Raii Hist. ii. 1515. Chab. 11. Persica vulgaris, Mill. Cat. 141. Persica, Malus Persica, Mont. 49. Persica molli carne, &c. C. B. Pin. 440. Tourn. Inst. 624. Elem. Bot. 496. Boerb. Ind. A. ii. 243. Malus Persica fructu molli, Jonsf. Dendr. 71. The Peach-tree. In hortis colitur. Martio floret. Septembri fructus perficitur. Usu. Folia,*

lia, flores, & fructus. *Vires.* Folia & flores calfaciunt, siccant, abstergunt. *Ufus præcip.* (florum) lumbricis infantum, in alvi laxatione, mesenterii obstructione, seri purgatione, & sim. Fructus refrigerat, & humectat; nutrimenti sunt pauci, facillime putrescunt, *Schrod.*

III. De Ebeno.

Foliis juglandinis, sed paulo minoribus, prasinum colorem referentibus; fructu oblongo, viridi, Persicæ fructus æmulo, ab aliis differt.

A. Ebenus, *Offic. C. B. Pin.* 448. *J. B. i.* 394. *Raii Hist.* ii. 1805. *Jonsf. Dendr.* 423. *Chab.* 30. Ebenus lignum, *Ind. Med.* xlvii. **Cebony.** *Ufu.* Medulla ligni durissima, nigra. *Vires.* Ebenus, consentiente veterum testimonio, oculis utilis est. Scobem ejus oculis unice mederi dicunt, lignoque ad cotem trito cum passo caliginem discuti, *Plin.* In convulsione flatulenta valet, inquit *Zac.*

A. 2. Alcoa arbor Populnea fronde, tota argentea, quinque capsularis, seu Ebenus viridis ex Insula S. Helena, ubi ab Anglis illic degentibus, **Black-wood, and Ebony,** i. e. Lignum Nigrum, & Ebenus nominatur, *Raii Hist.* iii. 520. Et revera est Ebenus genuina Indorum, ut ex aliorum fide dignorum relatu nobis scribit D. *Raius,* serio affirmabat insignis ille Botanicus D. *Car. Du Bois.*

Quid sit Ebenus antiquorum hodie controversitur, alii enim Palmæ, alii Guajaci, alii Cytisi speciem esse autumant; duræ autem ligni species in saporum lignariorum, aliorumque mechanicorum officinis inveniuntur, viz. una ex India Orientali, observante *Helbigio,* allata, & hoc in loco à nobis exhibitæ: altera Americana arbor, filiquosa, ut nos monuit eruditissimus ille Botanicus D. *Hans Sloan,* Baronettus, M. D. quæ cum nullius in medicina usus sit, de ea plura dicere superfedo.

IV. De Tacamahaca.

Foliis crenatis Populo non dissimilibus, fructu nucleo Persico simili, ab aliis differt.

A. Tacamahaca, *Offic. C. B. Pin.* 503. *Park. Theat.* 1608. *Clus. Exot.* 298. *Chab.* 74. *Mont. Exot.* 11. *Raii Hist.* ii. 1846. Tacamahaca Populo similis, fructu colore Præoniæ simili, *J. B. i.* 346. Tacamahaca foliis crenatis, Sadelhouts Lignum ad ephippia conficiendum aptum, *Parad.*

Bat. Prod. 379. *Pluk. Almag.* 360. *Phytog.* ccxxviii. f. 2. Tecomahaca, *Hern.* 55. **Tacamahac-tree.** *Ufu.* Gummi seu Resina; substantia est resinosa, arida, nunc rufo, nunc flavo nigricans, in glebas compacta, saporis aromatici, resinosi, odoris fragrantis. *Vires.* Calfacit, siccant, validæ astrictionis particeps, digerit, resolvit, maturat, tumores emollit; dolores, ac status discutiit: Uterina imprimis est, nervina, ac cephalica. *Ufus præcipue* externus est, &c. *Schrod.* Adeo celebris est apud Indos, ut ad qualemcunque dolorem adhibeatur, *Monardes.*

V. De Amygdalo.

A Persica, cui aliàs persimilis est, differt pulvinato fructus callo minus spisso, & per maturitatem sicciore, officulo longiore lævi, & scrobiculis insculpto, *R. H. p.* 1519.

Amygdalus, Amara, & Dulcis, *Offic. J. B. i.* 174. *Mont.* 36. *Jonsf. Dendr.* 122. Amygdalus sativa, *C. B. Pin.* 441. *Raii Hist.* ii. 1519. *El. Bot.* 497. Amygdalus sativa fructu majore, *T. Inst.* 627. *Boerb. Ind. A. ii.* 245. Amygdalus, *Chab.* 12. *Ger.* 1256. *Emac.* 1445. *Parkinsf. Theat.* 1515. **The Almond-tree.** Regionibus calidis delectatur. *Ufu.* Nuclei, qui multum inter se differunt; alii enim sunt amari, alii dulces; apud nos maxime æstimantur Amygdala Jordanica, quæ majora sunt, & longiora, & angustiora. *Vires.* Dulces, nutritivæ sunt, temperatæ, calidæ, & humidæ, humorum acrimoniam lenientes, & hinc dolorem & vigilias ab acrimonia oriundas, demulcentes. *Amara* sunt, calidæ, & siccæ; attenuant, aperiunt, extergunt; diuretici sunt; obstructioni jecoris, lienis, mesenterii, uterique conferunt. Extrinsicus lentigines tollunt, *Schrod.*

VI. De Nuce Moschata.

A Reliquis hujus generis distinguitur, triplici fructus integumento, nucleo ovato, exterius rugoso, pulpâ interiore venis flavæ rubentibus variâ, aromaticâ, *R. Meth. A. p.* 1522.

A. Nux Moschata, *Offic. Ger.* 1353. *Park. Theat.* 1600. *Raii Hist.* ii. 1522. *Chab.* 17. Nux Moschata rotunda, sive fœmina, *Ger. Emac.* 1536. Nux Moschata, sive rotunda, *Breyn. Prod.* ii. 77. Nux Moschata fructu rotundo, *C. B. Pin.* 407. *Pluk. Almag.* 265. *Phytog.* ccix. f. 1. *Jonsf. Dendr.* 158. Nux Moschata, Nux Myritica, Nucifla, *Mont. Exot.* 9. Nux aromati-
tica

tica vulgo Moschata, *J. B. i. 265.* Pala, *Pif. Mant. A. 173.* **The Nutmeg-tree.** In Insula Banda crescit. *Usu.* Nucleus, Macis, *Offic. Mont. Exot. 9.* Bongo-Pala, *Pif. Mant. A. 173.* seu involucri secundum, putamen durum quasi reticulo includens, & fructus integri, conditi. Eligendus nucleus recens, gravis, pinguis, & qui acu punctus, succum oleosum emittit. Macis probatur odore suavi, sapore subacri, colore rubescente. *Vires.* Nucleus calfacit, & siccat, subastringit; stomachicus est, cephalicus, uterinus; discutit flatum, coctionem juvat, halitum foetidum oris emendat, foetum recreat, lipothymia ac palpitacioni cordis succurrit, lienem minuit, alvi fluores compescit, vomitum sistit. Maci eadem vires adscribuntur, quia tamen partium tenuiorum existit; ideo & operando efficacior, & magis penetrans habetur, *Schrod. Præp.* in officinis pharmacopolarum frequenter venduntur. 1. Condit. Nucleus Moschatae, **Preserved Nutmegs.** Condiuntur virides, integre, ut juglandes, conditaque, ad nos transportantur. 2. Ol. Nucis Moschatae per expressionem, Macis vulgò, **Oil of Nace by Expression,** in Anglia dictum, nihil aliud est quam Oleum Nucis Myristicae per expressionem elicatum. Optimum ex India Orientali mittitur in ollis [Tars] Porcellensibus, consistentiae crassae, pinguis; coloris Macis, & odoris fragrantis. Hoc in officinis pharmacopolarum minus frequens est quam species quaedam ex Hollandia advecta in massis seu laterculis quadratis, consistentia duriore, colore pallidior, & odore remissiore, priori bonitate multum cedens.

Verum seu genuinum Macis Oleum per expressionem in Indiis Orientalibus è Maci recenti fit; unde ad nos in vasis & ampullis vitreis adfertur, sed in officinis nostris raro invenitur. Est autem liquidum, colore rubente, odore Macis valido, sapore subacido, ima parte ad fundum tantillo crassiore quam suprema.

Invenitur etiam apud pharmacopolas nostras Olei Macis communis titulo (Unguenti Macis nonnullis dicti) **Common Oil of Nace,** oleum, vel potius unguentum quoddam factitium, ex Sebo ovino, Palmae oleo, aliisque ejusdem farinae simplicibus, Nucis Myristicae Oleo delibutum, & coloratum, vilis pretii, & viribus praecedenti multo inferius.

VII. De Arbore Benzoinifera.

Folis Citrinis, fructuque compresso piloso à reliquis differt.

A. Benzoin, Benzoinum, *Offic. Benzoin, Comm. Plant. Usual. 87. Park. Theat. 1572. Boerh. Ind. A. ii. 259.* Benzoin, Asa dulcis, *Mont. Exot. 11.* Benzoinum Officinarum, *Jonsf. Dendr. 355. C. B. Pin. 503. Raii Hist. ii. 1845.* Benjoinum, *Chab. 74.* Benjoinum, cujus arbor folio Citri, *J. B. i. 328.* Arbor Benzoini Grimmi, *Ephem. Germ. A. xi. 376. f. 31.* Arbor Benzoinifera, *Brey. Prod. ii. 16.* Arbor Virginiana Pisaminis folio baccata, Benzoinum redolens, *Pluk. Almag. 42. Phytog. Tab. 139. f. 3. & 4.* Arbor Virginiana Citriae vel Limoniae folio Benzoinum fundens, *Hortus Amstel. i. 187. f. 97.* Benjui Garziae, *Clus. Exot. 155.* **The Bensa-min-tree.** In India Orientali oritur. *Usu.* Resina arida, & indurata, ex variis splendentibus micis, modo flavescentibus, modo albescentibus, seu ex variis frustulis diversorum colorum in massam coacta, saporis resinosi, ac pinguis, odoris fragrantis, ac suavis. Triplex in Officinis reperitur, 1. *Amygdaloides,* in Siam & ejus contermina Mirtaban proveniens. 2. *Nigrum,* in Java & Sumatra inventus. 3. *Nigrum* in Sumatrae provincia profluens. *Grimmius* autem duplex semper gummi ex iisdem arboribus haberi asserit; primum quod eleganter album, & flavum est; secundum crassius, subsuscum, durum, quod recrementa habet admixta. Praesertur Amygdaloides, quod maculas candidas Amygdalarum instar refert. Optimum censetur pellucidum, suavissime spirans, nec heterogeneis inquinatum. *Vires.* Calfacit, & siccat, incidit, attenuat; pulmonicum est. *Usus* praecip. intrinsecus in affectibus pulmonum catarrohis, tussi, asthmae. Extrinsicus in cerebro per sternutationem expurgando, in odontalgia masticando, in tuberculis, ac rubore faciei extergendo, &c. *Schrod.* E quanam arboris aut plantae specie Benzoinum colligitur, non levis est controversia inter Botánicos.

Veteribus Graecis, & Arabibus ignotum fuisse, ostendit *Garzias ab Horto,* & quod Imperatoriae, vel Angelicae gummi non sit contra *Ruellium,* disputat: At neque Asam dulcem (sub quo nomine in Officinis nonnullis recipitur) seu *Lasere* esse, hoc est, *Laserpitii* succus, ut multi opinati sunt, probat *Hoffmannus,* sed ex arboribus quibusdam coalita, ut testantur fragmenta ramulorum ligneorum, & corticum.

ticum admista. *Bontius* stirpem Benzoinum fundentem, fermentosam esse scriptum reliquit, Smilaci asperæ, aut Sarzæparillæ similem, brachii crassitudine; quo *Garzia ab Horto*, & *N. Grimmio*, qui, in India Orientali diu vixit, contrariatur. Hi enim Arborem Benzoiniferam proceram, grandem, speciosam esse affirmant. Verùm *Grimmius* Indiarum incolas non permittere ait, ut hæc arbores adolescant, aut omnino crescant ultra sexennium, verùm tunc temporis eas ut inutiles excindere; additque, fructum pilosum esse, magnitudine Nucis Avellanæ, Moschatæ tamen similem; qua de causa eam hoc in loco disposui.

VIII. De Nuce Virginiana.

Foliis Laurinis seu glabris & splendentibus; fructu parvo, turbinato, pulpam paucam continente, à reliquis Pruniferis differt.

A. Nux Virginiana, *Offic.* Prunifera vel Nucifera seu Nuciprunifera arbor Americana præcelsa, angustis Lauri foliis latè virentibus, Mastichen odoratum fundens, *Pluk. Almag.* 307. *Phytog.* cxxvii. Tab. 217. Fig. f. 5. *Cat. Jam.* 180. *Sloan. Hist.* i. 40. *Raii Dendr.* 44. *The Virginia Nut.* In Insula Barbados reperitur. *Hastick of Ligon*, 14, 73. *Usu.* Officulum nuclei Avellanæ magnitudine circiter & figurâ est, glabrum, colore fusco cum hilo prope alterum extremum, durum officulum continens nucleo intus albo, globulari, sapore amariusculo, eoque & odore aromatico. *Vires.* Obstructiones hepatis potenter referat, totamque sanguinis massam depurat, & scorbuticum, malumque habitum corporis emendat, volatilibus illis salibus vitalem hunc liquorem imprægnando, quæ eum evanidum & languescentem ad puriorem, spirituosiorem flatum restituunt, adeoque à fixatione eum præservant. Cutem etiam à maculis, aliisque impuritatibus liberat, *Marl. Ob.*

Paradoxum alicui fortasse videre possit, quòd ego fructum hunc pro *Marlovii* Nuce Virginiana exhibere, cum rusticus ille medicus, qui primus virum ejus descriptionem ad *D. D. Croon* transmisit, affirmet eum fructum esse *Locus* arboris, quæ *Gummi Animæ* præbet. De quo *Gummi* superius tractavi in libro meo priore. Cui respondeo, cum *D. Marlow* primus fuerit, qui observationem hanc publicavit, concedendum est, verisimillimum esse illum quid nomine illo intelligeret, omnium optime novisse; ideoque, cum fructum illum hoc titulo propriâ ipsius *D. Marlow* manu subscriptum apud *D. Finch* invenerim, non

veritus sum eum absque omni scrupulo hic collocare. Præterea addi potest, quòd cum hæc etiam arbor gummi præbeat Animæ non absimilem, occasionem errandi medico prædicto potuerit subministrare.

IX. De Pruno.

Foliis deciduis, floribus albis, speciosis, officulo fructus compresso, & minus crasso, ac duro, pulpa molli à reliquis differt.

A. 1. Prunus Damascena, *Offic.* Prunus fructu magno, dulci, atro-cæruleo, *Tourn. Inst.* 622. *Elem. Bot.* 494. *Boerb. Ind. A.* ii. 241. Pruna magna, dulcia, atro-cærulea, *C. B. Pin.* 443. Pruna atro-cærulea, *Theocrito Barbyla*, aliis Damascena dicuntur, *Jons. Dendr.* 77. *The Damask Prune.* In Syria crescit. *Usu.* Fructus, seu Pruna magna, dulcia, atro-cærulea, nucleo longo, & plano, quæ ex Syria ad Venetias sicca adferuntur. Palma datur Damascenis, sed in officinis nostris rarò inveniuntur, earum autem loco Gallica usurpantur. *Vires.* Pruna naturâ refrigerant, & humectant, laxant; acrimoniam humorum obtundunt; linguam humectant; sitim mitigant, *Schrod.*

A. 2. Prunus Gallica, *Offic.* Prunus, *C. B. Pin.* 443. *Ind. Med.* xciv. *Chab.* 12. Prunus fativa, *J. B. i.* Prunus domestica, *Ger.* 1311. *Emac.* 1497. Prunus vulgaris, *Park. Theat.* 1511. Prunus fructu parvo, dulci, atro-cæruleo, *Tourn. Inst.* 622. Pruna Damascena nostratia, *Bell. The Common Prune.* In hortis non infrequenter colitur. Aprili floret. *Usu.* Fructus seu Pruna. Ex Gallia Narbonensi ad nos transportantur sicca, & Gummi pellucidum durum. *Vires.* Cum priore viribus convenire creduntur.

A. 3. Prunus Brignolensis, *Offic. Rupp. Flor. Jen.* 106. Prunus Brignoniensis fructu suavissimo, *Tourn. Inst.* 632. *Boerb. Ind. A.* ii. 241. Pruna Briolensis aut Brignolensis, *Raii Hist.* ii. 1526. Pruna ex flavo rufescentia, mixti saporis, gratissima, *C. B. Pin.* 443. Pruna ex flavo rufescentia, seu Pruna de Brignoles, *Jons. Dendr.* 78. *The Prunello.* In Provincia succrescit, unde ad nos transportatur. Fructus seu Pruna colore ex flavo rufescentia, enucleata, & exsiccata, sapore gratissima. *Vires.* Refrigerant, humectant, sed citra alvi commotionem, adeoque efui aptiora censentur, gratumque refrigerium in febribus exhibent, *Schrod.*

A. 4. Prunellus sylvestris, *Offic.* Prunella, *Ind. Med.* xciv. Prunus, *Mont.* 50. Pruna sylvestria, *Mill. Cat.* 143. Prunus sylvestris, *Ger.* 1313. *Emac.* 1497. *Park. Theat.* 1033. *C. B. Pin.* 444. *J. B. i.* 193. *Raii Hist.* ii. 1527. *Synop.* iii. 462. *Buxb.* 271. *Dill. Cat. Giff.* 48. *Mer. Pin.* 98. *Rupp. Flor. Jen.* 106. Prunus sylvestris fructu minore, serotino, *Merc. Bot.* i. 62. *Phyt. Brit.* 98. Acacia Germanica, *Schrod. Germanica Officinarum, Velek. The Blacktree or Black Thorn.* In sepibus passim. Aprili floret. *Usu.* Cortex, flores, fructus, & succus inspissatus, Acacia Germanica vulgè dictas. *Vires.* Cortex, fructus, & ejus succus inspissatus, exsiccant, astringunt, incrassant. Usus præcip. est in profluviiis alvi, uteri, &c. Extrinsicus in gargarismis, & balneis uterinis. Flores resolvunt, renum sabulum educunt, &c. *Schrod. N. B. Acacia Germanica non infrequens in Officinis Pharmacopolarum pro Acacia vera venditur.*

X. De Myrobalanis.

A Reliquis Prunis differunt costis aliquot elatis secundum longitudinem ductis, & officulis majoribus crassioribusque, nucleis minoribus, *R. Hist.* p. 1531.

In Officinis quinque habentur Myrobalanorum species, quæ hoc disticho comprehenduntur :

Myrobalanorum species sunt quinque bonorum, Citrinus, Chebulus, Bellericus, Emblicus, Indus.

Ex sententia autem Arabum, quatuor duntaxat earundem genera sunt. Hujus sententiæ sunt, qui Chebulas & Citrinas verissimè ex una & eadem arbore esse affirmant. Citrinas immaturas, Chebulas vero maturas. *Cordus* autem scribit, Arabibus recentioribus tres tantùm species Myrobalanorum cognitasse fuisse, (viz.) 1. Indas, Chebulas, & Citrinas, quæ ab una eademque arbore desumantur. 2. Bellericas ex peculiari arbore esse: & 3. Emblicas peculiare genus dicit. Quibus se opponit *Garzias ab Horto*, inquit, Falluntur tam ii, qui omnia Myrobalanorum genera in eadem arbore nasci putant, quam qui Citrina & Chebula tantum. Nam quinque sunt (quibus & nos consentimus) diversa arborum genera, in regionibus 60 aut 100 leucis inter se distantibus nascentia.

A. 1. Myrobalanus Indæ, nigra, *Offic.* Myro-

balanus Indica, *Ger.* 1316. *Emac.* 1500. *Ind. Med.* lxxii. *Raii Hist.* ii. 1531. *Park. Theat.* 246. Myrobalani nigrae octangulares, *C. B. Pin.* 445. Myrobalani Indici, nigri, *Mont. Exot.* 9. Myrobalani Indæ, nigrae, sine nucleis, *J. B. i.* 204. *Chab.* 13. Myrobalanifera Salicis folio, *Jons. Dendr.* 82. *Indian or Black Myrobalans.* *Usu.* Fructus oblongi, reliquis Myrobalanis tenuiores, superficie octangulâri, rugosi, solidi, & duri, intus & extus coloris nigri, bituminis instar Judaici, saporis subacidi, acerbi, & astringentis.

A. 2. Myrobalanus, Citrina flava, *Offic. Park. Theat.* 206. Myrobalanus, *Ger.* 1316. *Emac.* 1500. *Raii Hist.* ii. 1531. *Ind. Med.* lxxix. *Mont. Exot.* 9. Myrobalani teretes, Citrini, bilem purgantes, *C. B. Pin.* 445. Myrobalani citrinæ, *J. B.* 205. *Chab.* 13. Myrobalanifera Sorbi foliis, *Jons. Dendr.* 83. *Citron, or Yellow Myrobalans.* *Usu.* Fructus oblongi, rotundi, pentagoni, rugosi, Chebulis minores, coloris citrini, includentes sub putamine carnoso officulum angulosum.

Excrecentia Fabæ Bengalensis, *Offic. Raii Dendr.* 134. *Bengala Bean* dicta, rugosa, rotunda, compressa, cava umbilici in modum, magna, foris fusca, intus nigricans, saporis styptici, & astringentis, odoris nullius. *Vires.* Astringit fortiter, & ad omnes hæmorrhagias, præsertim ad hæmoptysin sistendam summè utilis, sanguinem modicè incrassans, venarum & arteriarum oscula obdurans, & rupturas consolidans, humores acres & erodentes mitigans & contemperans, *Marloe.*

D. *Marloe* prædictus primus erat, quod sciam, qui exoticum hoc medicamentum, ejusque usum Orbi literato publicavit sub ænigmatico nomine *Fabæ Bengalensis*. Unde nonnulli *Fructum ex Bengala*, &c. *Clusii Exot.* lib. 2. cap. 14. esse opinati sunt. Alii Myrobalani quandam speciem, alii denique florem Myrobalani Citrini, quia sæpe inter fructus illos invenitur. Mihi excrecentia quædam esse videtur ex punctura insecti ejusdem excitata; aut magis proprie fructus Myrobalani Citrini ipse vulneratus, qui venenati hujusmodi ictus occasione monstruosam hanc formam assumit. Ipse Prunus sepius observavi hujusmodi ictu ab insecto quodam insisto formam naturalem amisisse, & cavos intus fieri absque ullo officulo.

A. 3. Myrobalanus Chebula, *Offic. Ger.* 1316. *Emac.* 1500. *Park. Theat.* 206. *Raii Hist.* ii. 1531. *Mont. Exot.* 9. *Ind. Med.* lxxix. Myrobalani maximi, oblongi, angulosi, pituitam purgantes, *C. B. Pin.* 445. Myrobalani Chebulæ, citrinis fimiles, nigricantes, *J. B. i.* 205. Myrobalani chebuli, *Chab.* 13. Myrobalanifera Perficæ folio, *Jonsf. Dendr.* 83. **Chebule Myrobalans.** *Usu.* Fructus oblongi, in quinque costas elevati, rugosi, cæterarumque specierum omnium maximi, includentes sub putamine carnofo, extus colore ad fuscum inclinante, officulum oblongum, crassum, & cavernosum, saporis subacris.

A. 4. Myrobalanus Bellerica, *Offic. Ger.* 1316. *Emac.* 1500. *Park. Theat.* 247. *Ind. Med.* lxxix. *Raii Hist.* ii. 1532. *Mont. Exot.* 9. Myrobalani rotundæ Bellericæ, *C. B. Pin.* 445. Myrobalani Bellericæ rotundiores, *J. B. i.* 206. Myrobalani Bellericæ, *Chab.* 9. Myrobalanus Lauri folio subcinericio, *Jonsf. Dendr.* 84. **Bellerick Myrobalans.** *Usu.* Fructus rotundi, nonnunquam angulosi, Gallæ majoris magnitudinis, includentes officulum durum sub putamine carnofo, saporis subacris & adstringentis.

A. 5. Myrobalanus Emblica, *Offic. Ger.* 1316. *Emac.* 1500. *Park. Theat.* 247. *Mont. Exot.* 9. *Raii Hist.* ii. 1531. *Ind. Med.* lxxix. Myrobalanus, *Bont. Mant. Arom.* 111. Myrobalanus Emblica, foliis Securidacæ, *Breyn. Prod.* ii. 74. Nilicanarâm, *Hort. Mal.* i. 69. Arbor acaciæ foliis Malabarica, fructu rotundo, semine triangulo, *Syen. in Not.* Myrobalanus emblica *Officinarum, Comm. Flor. Mal.* 180. Myrobalani Emblicæ, *C. B. Pin.* 445. *Chab.* 13. Myrobalani Emblicæ in segmentis nucleum habentes angulosæ, *J. B. i.* 206. Canna Indica arborea, *Zanon.* Myrobalanifera foliis minutim incis, *Jonsf. Dendr.* 83. **Emblick Myrobalans.** *Usu.* Fructus rotundi, nigri, sessiles, sexangulares, includentes sub pericarpio carnofo, in sex partes per maturitatem dehiscente, officulum turgidum hexagonum senis cellulis insignitum, saporis acerrimi. Eligendi sunt carnosiores, crassiores, ponderosiores. *Vires.* Myrobalani Citrini Bili flavæ educendæ apti nati sunt, *Indi Bili atræ, Chebuli, Bellerici, & Emblici,* pituitæ ac postea Bili, *Schrad.*

XI. De Jujuba.

Nota sunt, Folia trinervia, flores herbacei vel luteoli, Fructus olivares, seu nonnihil turbinati, *R. H. p.* 1533.

A. 1. Jujuba, *Offic.* Jujube Arabum sive Zizyphus Dodonæi, *Ger.* 1318. *Emac.* 1501. Jujubæ majores oblongæ, *C. B. Pin.* 446. Zizyphus sive Jujuba major, *Park. Theat.* 250. *Raii Hist.* ii. 1533. Zizyphus, *Tourn. Inst.* 627. *Elem. Bot.* 498. *Boerb. Ind. A.* ii. 245. Zizypha sativa, *J. B. i.* 40. Zizyphus, Jujubæ, *Chab.* 51. Zizyphus rutila, *Jonsf. Dendr.* 86. **The Jujube-tree.** In Hispaniæ, Italiæ, &c. hortis colitur. *Usu.* Fructus magnitudinis olivari, rutili colore, sapore passulas majores æmulantes, unicum officulum oblongum, utrinque acuminatum, continentis. *Vires.* Moderatè calfaciunt & humectant. Usus præcip. in Pulmonum asperitate, tussi, Pleuritidi, Urina acri, fervescentia sanguinis, erosione Renum ac Vesicæ, *Schrad.*

A. 2. Oenoplia, *Offic.* Oenoplia spinosa & non spinosa, *Ger. Emac.* 1605. *Raii Hist.* ii. 1534. *C. B. Pin.* 477. Oenoplia spinosa & non spinosa, sive Napeca, sive Zizyphus alba, *Park. Theat.* 1441. Oenoplia sive Nabca, Paliurus Africana, *Chab.* 51. Nabca folio Rhamni vel Jujubæ, *J. B. i.* 39. **The great Jujube.** In Ægypto, Creta, & alibi incolæ est. *Usu.* Fructus. *Vires.* Fructus immaturus astringit, stomachi alviqve relaxationem firmat. Succus maturorum purgat bilem è ventriculo.

A. 3. Jujuba Indica, *Raii Hist.* ii. 155. *C. B. Pin.* 446. Malus Maluccensis nonnihil spinosa, *Ejusd.* 433. Jujuba Indica, rotundifolia spinosa, foliis majoribus, subtus lanuginosis & incanis, *Breyn. Prod.* ii. 60. *Commel. Flor. Mal.* 149. Zizyphus Indica argentea tota, *Herm. Mus. Zeylan.* 8, 37. Zizyphus Zeylanica argentea spinis carens, *Parad. Bat. Prod.* 386. Ber Indica fructu Jujubino, *J. B. i.* 44. *Chab.* 51. Malus Indica Lusitanis, Ber & Bor Acostræ, *Park. Theat.* 1636. Periu-Toddali, *Hort. Mal.* iv. 85. *Tab.* 41. Wælabillæ, *Mus. Zeyl.* 8. **Æmbellæ, Ejusd.** 37. **The Lacca-tree.** Reperitur in Malabar, &c. *Usu.* Gummi Lacca in Officinis nostris dicta triplex est, vel in ramulis, vel in granis, vel in massis. 1. *Lacca in ramulis, Stick Lac,* est substantia resinosa, dura, & friabilis, superficie inæquali, quasi granulata, colore rufo, sapore resinoso, odore

odore dum accenditur grato. 2. *Lacca in granis*. **Seed Lac.** Sunt grana resinosa, dura, & friabilia, rubicunda, pellucida, odoris & saporis præcedentis. 3. *Lacca in massis*, **Shell Lac.** E *Lacca* in granulis purissima, liquata, & in massis fusa conficitur, colore est rubente & propemodum transparentis. *Vires.* Calfacit, attenuat, aperit, sanguinem purificat, sudorem ciet, diuretica est. *Ufus* præcip. in obstructionibus Lienis, Vesicæ, Fellis, Hepatis, & Pulmonum, & hinc in Hydope, Ictero, &c. *Schrod.*

De generatione hujus Gummi diversæ sunt opiniones; nam *Garzias ab Horto* à magnis Formicis alatis eam elaborari tradit, ut Apes mel conficiunt, materiam ex ipsa arbore exsurgentibus, quod etiam confirmat *Bontius*. Alii sponte ex arbore vel ejus ramulis & furculis exudare volunt, & demum folis vi in eam quam vidimus formam concreescere, cujus sententiæ sunt *J. Bauhinus* & eruditissimus ille Botanicus *D. J. Raius* vicinus & amicus noster, cui & nos consentimus. Fiunt ex eadem Bacilli, quibus utimur in obsignandis literis.

Arboras aliæ Laccam fundentes vide in *Museo Zeylanico* clarissimi *Hermanni*, p. 11, 37, 40, & 46. sub nominibus *Kæppethijæ*, *Walkæppethijæ*, & *Hinkæppethijæ*. Arbor Zeylanica aromatica acris Laccam fundens major, *Mus. Zeyl.* 46. Media, *Ejusd.* 11, 46. Minor, *Ejusd.* 40, 46. Laccam rubram & pellucidam sed perpauca ex inciso hujus cortice non raro collegit *Hermannus Mus. Zeyl.* 11. Non raro Laccam perpulchram ex ramulorum sinibus ad foliorum exortum collegit, *Ejusd.* 46.

XII. De Celtide.

*A*Ceraso differt foliis *Urticæ* quodammodo similibus, fructibus in singulis foliorum alis singulis, cum in *Ceraso* plures ex eodem nodulo seu gemma erumpant, carne paucâ, officulo velut quadripartito, *R. Meth. A.* p. 150.

A. *Celtis*, *Offic.* *Celtis*, Lotus arbor, *Mont. Ind.* 39. *Celtis* fructu nigricante, *Tourn. Inst.* 612. *Elem. Bot.* 485. *Boerb. Ind. A.* 231. Lotus arbor, *Ger.* 1308. *Emac.* 1493. *Park. Theat.* 1522. *Raii Hist.* ii. 1483. Lotus fructu Cerasi, *C. B. Pin.* 447. Lotus arbor fructu Cerasi, *J. B. i.* 229. *Chab.* 16. Lotus domestica, *Jonsf. Dendr.* 90. **The Pettie-tree.** In Italia & Francia reperitur. *Ufu.* Fructus. *Vires.* Adstringit & alvum fistit, maturus minus. Decoctum

Dysentericis foeminisque profluvio laborantibus confert.

XIII. De Cornu.

*N*Ota ejus sunt flores luteoli, fructus oblongus, teres, seu cylindricus, officulo intus tereti, durissimo, angusta cavitate, spinis carens, *R. Hist.* p. 1536.

A. *Cornus*, *Offic.* *Chrb.* 14. *Cornus* mas, *Ger.* 1282. *Emac.* 1466. *Park. Theat.* 1520. *Raii Hist.* ii. 1537. *Cornus* hortensis mas, *C. B. Pin.* 447. *Tourn. Inst.* 641. *Elem. Bot.* 502. *Boerb. Ind. A.* ii. 256. *Jonsf. Dendr.* 88. *Cornus* vulgaris, *Rupp. Flor. Jen.* 72. *Cornus* fativa five domestica, *J. B. i.* 210. **The Cornelian Cherry.** In hortis curiosorum non infrequens colitur. Martio floret. *Ufu.* Fructus. *Vires.* Refrigerat, exsiccant, adstringit, constipat. Hinc convenit præcipue in Diarrhœa & Dysenteria, *Schrod.* Ardorem Febrilem & Sitim grata sua aceditate lenit ac restringit, *R. H.*

XIV. De Ceraso.

*P*ediculis fructus longis, fructu ipso brevioribus, & ad basin latioribus, rotundioribusque, officulo pariter brevioribus ac tumidioribus à *Pruno* differt, *R. Synop.* p. 223.

A. 1. *Cerasus* rubra, *Offic.* *Cerasus*, *Mont. Ind.* 39. *Cerasus* vulgaris, *Ger.* 1319. *Emac.* 1502. *Cerasus* Anglica, *Park. Theat.* 1517. *Cerasus* fativa, *Jonsf. Dendr.* 92. *Cerasa* fativa rotunda, rubra & acida, quæ nostris *Cerasa* fativa, *C. B. Pin.* 449. *Raii Hist.* ii. 1537. *Cerasus* fativa fructu rotundo rubro & acido, *Tourn. Inst.* 625. *Elem. Bot.* 496. *Cerasus* acida rubella, *J. B. i.* **The Red Cherry-tree.** In hortis colitur. Aprili floret. *Ufu.* Fructus, Nucleus, & Gummi. *Vires.* Refrigerant, siccant, astringunt, Cor & Stomachum roborant. Hinc utilia in febrili siti ac æstu mitigando, &c. *Nuclei* calculum comminuunt, &c. *Gummi* celebratur vi Lithontrica, *Schrod.*

A. 2. *Cerasus* nigra, *Offic.* *Ger.* 1323. *Emac.* 1505. *Park. Parad.* 571. *Mer. Pin.* 25. *Phyt. Brit.* 25. *Cerasus* major ac sylvestris, fructu subdulci, nigro colore inficiente, *C. B. Pin.* 450. *Raii Hist.* ii. 1538. *Dill. Cat. Giff.* 45. *Buxb.* 62. *Tourn. Inst.* 620. *Elem. Bot.* 497. *Cerasus* sylvestris fructu nigro, *J. B. i.* 220. *Raii Synop.*

iii. 463. *The Black Cherry-tree*. In sepibus. Aprili floret. *Ufu*. Fructus. *Vires*. Temperata sunt, Cephalica, unde & in morbis capitis, Apoplexia, Epilepsia, Paralyfi, &c. peculiariter proficua censentur.

A. 3. *Cerasus acida nigricantia*, *Ind. Med.* xxxii. *Cerasus* fructu acido serotino, succi sanguinei, *Tourn. Inst.* 625. *Rupp. Flor. Jen.* 167. *Cerasus* fructu acido succi sanguinei, *Elem. Bot.* 497. *Cerasa* acidissima sanguineo succo, *C. B. Pin.* 450. *Cerasa* acida nigricantia solidiora tardius maturascentia, *J. B. i.* 221. *Raii Hist.* ii. 1538. *The Dozello Cherry*. In hortis frequens. *Ufu*. Fructus, in condimentis, Rob è succo inspissato. *Vires*. Cum primo viribus convenit.

XV. De Olea.

Foliis perpetuis, fructu racemoso, pulpa liquore pingui scatente, officulo duro scabro, à reliquis differt, *R. H. p.* 1540.

A. 1. *Olea*, *Offic.* *Chab.* 49. *Mont. Ind.* 48. *Olea* fativa, *Ger.* 1206. *Emac.* 1392. *Park. Theat.* 1438. *C. B. Pin.* 472. *J. B. i.* *Raii Hist.* ii. 1541. *Jonsf. Dendr.* 249. *Boerb. Ind.* A. ii. 218. *Elem. Bot.* 472. *The Olive-tree*. In calidis regionibus succrescit. Junio floret. *Ufu*. Folia, Fructus immaturi, muria conditi. Olivæ autem conditæ sunt vel maximæ Hispanicæ prunis mediocribus æquales, & figura similes, quæ est succulentæ sunt & carne multa, amaritudinem tamen insignem habent; vel minores, Lucenses; hæc dulciores sunt. Et Oleum vel ex fructu immaturo expressum, & Omphacinum Officinis dictum, vel ex fructu maturo & Completum dictum.

N. B. *Oleum simpliciter ita dictum exprimitur ex olivis maturis, diciturque Oleum commune & Oleum Olivarum. De modo exprimendi Olei, vide R. H. Vires.* Folia refrigerant, & exsiccant, astringunt. Usus præcip. in fluxu Alvi, Mensium, in Herpetibus, & sim. Fructus conditi, comesti initio passus excitant appetitum, movent alvum, humentem ventriculum exsiccant ac confortant. *Oleum completum* calfacit & humectat, emollit, digerit, vulnerarium est, alvum laxat, ariditatem Pectoris corrigit, tormina Ventris mitigat, Urinarios meatus laxat, erosos abstergit & consolidat. *Oleum Omphacinum* refrigerat, siccant, astringit, *Schrod.*

A. 2. *Oleaster*, *Offic.* *Oleaster* five *Olea sylvestris*, *Park. Theat.* 1438. *J. B. i.* 17. *Chab.*

49. *Olea sylvestris*, *Ger.* 1206. *Emac.* 1392. *Raii Hist.* ii. 1542. *Olea sylvestris* five *Oleaster*, *Jonsf. Dendr.* 255. *Olea sylvestris* folio duro, subtus incano, *C. B. Pin.* 472. *Tourn. Inst.* 599. *Elem. Bot.* 472. *Boerb. Ind.* A. ii. 218. *The wild Olive-tree*. In Italia, Hispania, aliisque locis spontanea oritur. *Ufu*. Folia. *Vires*. Cum *Olive* fativa viribus convenire creditur.

A. 3. *Arbor Brasiliensis* gummi *Elemi* simile fundens, foliis pinnatis, flosculis verticillatis, fructu Olivæ figura & magnitudine, *Raii Hist.* ii. 1546. *Icariba* & illius *Refina Icaica*, *Pison.* (Ed. 1648.) 59. *Icariba* & illius *Gummi Icaica* five *Elemi*, *Ejusd.* (Ed. 1658.) 122. *Icariba Brasiliensis*, ejus *refina* dicitur *Icaica*, *Mareg.* 98. *Elemnifera* *Curassavica* arbor, *Parad. Bat. Prod.* 332. *Pluk. Phytog.* clxxiii. *Prunus Javanica* *Atriplicis* foliis *Commelini Kakoufa Javanis*, *Ejusd.* ccxviii. *Hort. Beaum.* 35. *Prunifera Fago* similis arbor *Gummi Elemi* fundens, figura & magnitudine *Olivæ* ex *Insula Barbadeni*, *Pluk. Almag.* 306. *Arbor* ex *Surinama*, five *Americana*, *Myrti Laureæ* foliis, *Elemi* refinam fundens, *Breyn. Prod.* ii. 19. *Ind. Med.* xvii. *Elemi Gummi*, *Ejusd.* *Kækuria*, *Myrobalanus Zeylanica*, ex qua *Gummi Elemi*, *Herm. Mus. Zeyl.* 48. *Kækuriaghaka*, *Ejusd.* 52. *Gummi Elemi Officinarum*, *C. B. Pin.* 504. *Gummi Elemi*, *Park. Theat.* 1586. *Raii Hist.* ii. 1847. *Elemi*, *Mont. Exot.* 11. *Elemi Refina*, *J. B. i.* 535. *The Gum Elemi-tree*. In *Nova Hispania* & alibi in *India Occidentali* crescit. *Ufu*. *Gummi* seu potius *Refina* pellucida, pinguis, ex flavo albicans, cui inest aliquid viridifusculi, in massam redacta, suavem accensa halans suffitum. *Vires*. Calfacit, emollit, digerit, resolvit, maturat, dolorem sedat, capitis ac nervorum affectibus, eorundemque vulneribus, ac imprimis calvariae vulneratæ specificæ confert; contusionibus articulorum prodest, *Menses* ac *Urinam* ciet, *Schrod.*

Arborem Elemniferam alteram vide apud sagacissimum Botanicum Leonardum Plukenetium in Phytograph. Tab. 173. *Fig.* 5.

XVI. De Azedarach.

Notæ sunt, Flores pentapetali, in quorum medio tubus exsurgit fimbriatus, stylum continens; fructus subrotundus carnosus nucem continens quinque costis canaliculata, & in quinque persepse loculamenta divisam,

divisam, in quorum unoquoque semen oblongum latitat, Raii Meth. A. 150.

A. Azedarach, Pseudo-sycomorus, *Offic. Mont. Ind.* 37. Azedarach, *Tourn. Inst.* 616. *Elem. Bot.* 489. *Boerb. Ind. A.* ii. 236. Azedarach Avicennæ, *Park. Theat.* 1442. Azedarach arbor Fraxini folio flore cæruleo, *Raii Hist.* ii. 1546. Azadaracheni arbor, *J. B.* i. 554. *Chab.* 44. Arbor Fraxini folio, flore cæruleo, *C. B. Pin.* 415. Zizipha candida, *Ger.* 1307. *Emac.* 1491. **The Head-tree.** In hortis & viridariis. *Usu.* Flores. *Vires.* Aperientes seu deobstruentes esse scribit *Monti.* Attamen noxiam seu venenatam facultatem attribuunt alii.

XVII. De Saponaria Arbore.

Notæ sunt, Flos rosaceus, fructus sphaericus, nuclea sætus pariter sphaerica, nucleum continente ejusdem formæ, *R. Meth. A.* p. 151.

A. Arbor saponaria, *Offic.* Arbor saponaria Americana, *Raii Hist.* ii. 1548. Prunifera, racemosa, folio alato, costa media membranulis utrinque extantibus donata, fructu saponario, *Cat. Jamaic.* 184. *Sloan. Hist.* ii. 131. Prunifera seu Nuci-prunifera fructu saponario, orbiculato, monococco, nigro, Americana, *Pluk. Phytog.* cccvii. *Fig.* 7. Nuciprunifera arbor Americana fructu saponario orbiculato monococco nigro, *Pluk. Almag.* 265. Arbor Milticæ provinciae fructu avelanæ simili, *Laet.* 260. *Jonsf. Dendr.* 114. *Quity, Pison.* (Ed. 1658.) 162. *Quity Brasiliensis, Mar.g.* 113. Saponariæ sphaerulæ, *Chab.* 22. Saponaria sphaerulæ arboris Filicifoliæ, *J. B.* i. 312. Nuculæ saponariæ non edules, *C. B. Pin.* 511. Sapindus foliis costæ alatæ innascentibus, *Tourn. Inst.* 639. Baccæ Bermudenses, *Marl. Obs. Soap Berries.* In Insula Jamaica & alibi Indiæ Occidentalis oritur. Octobri fructus maturefcit. *Usu.* Fructus cum jam ficus sphaericus, coloris ex rubentis, Galla minor, hilo amplo, sapore amaro, odore nullo; unicum rotundum nigrum officulum continens. *Vires.* Multum commendantur adversus chlorosin, *Marl. Obs.* Baccæ ad chlorosin singulare & specificum medicamentum sunt, post chalybeata incassum usurpata, morbum illum debellantes & sanantes. Spiritus, tinctura, aut extractum exhibenda sunt potius quam baccæ crudæ, *R. D.* p. 134.

Europæus horum usus in medicina à D. *Marloe* orbi literato prium communicatus est, per modum Epistolæ à medico quodam rustico ad egregium Vi-

rum D. *Boyle* scriptæ. Verum cum nomen hoc adeo ænigmaticum esset, ut difficulter conjici posset quid essent: & duo ex Amicis meis, quos super hac re consului, de his diversum sentirent, uno Palmæ cujusdam semina esse opinante; altero hujus arboris fructus, in cujus opinione confirmatus fui à prædicto D. *Finch*, qui me eorum nonnullis, è cistula propria D. *Marloe* manu **Bermudas Berries** inscripta desumptas donavit.

XVIII. De Pado.

Notæ sunt, folia ad Salicis latifoliæ potius quam ad Cerasi folia accedunt, fructus racemosi Cerasi similes; officulum tamen oblongum, scabrum, sicut quàm in Cerasis, *R. Meth. A.* p. 150.

A. 1. Padus, *Offic.* Padus Theophrasti, *Dill. Cat. Giff.* 66. Padus Germanica folio deciduo, *Rupp. Flor. Jen.* 108. *Buxb.* 149. Cerasus avium, *Merc. Bot.* ii. 18. *Phyt. Brit.* 25. Cerasus avium nigra & racemosa, *Ger.* 1322. *Emac.* 1504. *Mer. Pin.* 24. *Raii Hist.* ii. 1549. *Synop.* iii. 463. Cerasus racemosa sylvestris fructu non eduli, *C. B. Pin.* 451. *Tourn. Inst.* 626. *Elem. Bot.* 497. *Boerb. Ind. A.* ii. 244. Cerasus racemosa sylvestris, *Jonsf. Dendr.* 93. Cerasus racemosa quibusdam, aliis Padus, *J. B.* i. 224. Cerasus racemosa, *Chab.* 15. Cerasus avium racemosa, *Park. Theat.* 1517. **Birds Cherry.** In montosis & Alpinis nascitur. *Usu.* Fructus. *Vires.* Ad Epilepsias puerorum appensus collo commendatur.

A. 2. Mahaleb, *Offic.* Macaleb Gesneri, *Ger.* 1211. *Emac.* 1397. Machaleb Germanicum, *Park. Theat.* 1519. Cerasus sylvestris, *Ind. Med.* xxxii. Cerasus sylvestris, Mahaleb, *Mont. Ind.* 39. Cerasus sylvestris amara, Mahaleb putata, *J. B.* i. 227. *Raii Hist.* ii. 1549. *Tourn. Inst.* 627. *Elem. Bot.* 497. Cerasus sylvestris amara, Arabum Mahaleb putata, *Chab.* 16. Ceraso affinis, *C. B. Pin.* 451. *Jonsf. Dendr.* 93. **Rock Cherry.** In petrosis montibus oritur. *Usu.* Nuclei. *Vires.* Calfaciunt, emolliunt, *Matth.*

XIX. De Lauro-ceraso.

Fructu racemoso, officulo longiore, tenuiore, à Ceraso foliis amplis, crassis, semper virentibus, ab eadem & aliis differt, *R. Meth. A.*

A. Lauro-cerasus, *Offic.* *Ger. Emac.* 1603. *Raii Hist.* ii. 1549. *J. B.* i. 420. Lauro-cerasus Clusii, *Tourn. Inst.* 628. *Elem. Bot.* 498. *Boerb. Ind. A.* ii, 228. Cerasus folio Laurino,

C. B. Pin. 410. Pluk. Almag. 95. Cerasus Trapezuntina, sive Lauro-cerasus, Park. Theat. 1518. Lauro-cerasus, Laurus Trapezuntina, Chab. 31. Padus exotica folio amplo, crasso, sempervirente, Rupp. Flor. Jen. 108. Laurel, or Cherry Bay. In hortis nostris frequentissima. Maio floret. Usu. Baccæ. Vires. Ad Scorbutum à nonnullis commendantur.

XX. De Persea.

Fructu pyriformi, racematim cohærente, nucleum cordis effigie continente, foliis Lauri similibus à reliquis differt.

A. Persea, Offic. C. B. Pin. 441. J. B. i. 169. Plum. Plant. Amer. 44. Jonsf. Dendr. 75. Raii Hist. ii. 1552. Persea arbor, Ger. Emac. 1606. Chab. 11. Persea arbor Clusii, Park. Theat. 1514. Prunifera arbor, fructu maximo pyriformi, viridi, pericarpio esculento butyraceo, nucleum unicum maximum, nullo officulo tectum, cingente, Cat. Jamaic. 185. Sloan, Hist. ii. 132. Tab. 222. Raii Dendr. 49. Ahvacaquahuitl seu arbor querciformis butyraceo fructu, Hern. 89. Jonsf. Dendr. 424. Ahavacaquahuitl, Laet. 226. Pyrosimilis fructus in Nova Hispania nucleo magno, C. B. Pin. 439. Pyri facie Aguacat, J. B. i. 107. Nicaraguæ pomum nuce rotunda, Ejusd. i. 210. Nicaraguæ pomum, Chab. 596. Mala Americana pyri facie, C. B. Pin. 433. Spanish Pear. Insulæ Jamaicae indigena est. Usu. Folia, Fructus. Vires. Fructus Stomacho est utilis, Folia arida pulverisata illitu sanguinis eruptiones fiunt, Diosc.

XXI. De Manga.

Notæ sunt, Folia bina, terna, aut quaterna eodem pediculo, flos racematim dispositus, fructus magnus reniformis.

A. Manga, Offic. Manga Indica fructu magno reniformi, Raii Hist. ii. 1550. Commel. Flo. Mal. i. 170. Mangas, Park. Theat. 1631. Mangas sive Amba, J. B. i. 173. Amygdalam referens fructus hirsutus, Ejusd. i. 173. Mangas & Amba Linschotani, Chab. 12. Mangas domestica, Pluk. Almag. 141. Par. Bat. Prod. 351. Persicæ similis putamine villosa, C. B. Pin. 440. Manga, Amba, Ambo, & Ambe, Camel. Syllog. Arbor mangifera, Bont. 95. Jonsf. Dendr. 72. Conchifolia Indiæ Orientalis comantibus Floribus & ferè corymbosis, Pluk. Phytog. Tab. 142. Fig. 1.

Mao sive Mau, Hort. Mal. iv. 1. Tab. 1, 2. Amba Persica Indica fructu villosa, Herm. Mus. Zeyl. 54. The Mango-tree. In India Orientali oritur. Usu. Fructus muria conditus: Officula. Vires. Fructus conditus frigidus & humidus est. Officulis affatis alvi profluvia sisti aiunt.

XXII. De Anacardio.

Notæ sunt, Folia geminata, glabra, Flosculi exigui, tetrapetali, lutei, racematim dispositi, Fructus conoides.

A. Anacardium, Offic. Ger. 1360. Emac. 1544. Mont. Exot. 15. Commel. Flor. Mal. 15. Park. Theat. 1563. C. B. Pin. 511. J. B. i. 334. Anacardium vel Anacardus, Chab. 24. Anacardium Orientale, Jonsf. Dendr. 156. Pluk. Almag. 28. Oepata, Hort. Mal. iv. 95. Tab. 45. Arbor Indica fructu conoide, cortice pulvinato nucleum unicum, nullo officulo tectum, claudente Raii Hist. ii. 1566. The Anacardium, or Malacca-bean-tree. In India Orientali crescit. Usu. Fructus compressus aviculæ cordis figura, nigricans ac splendens, includens sub duplici involucri corticoso & duro nucleum albicantem saporis subdulcis: & inter involucri duplicaturam mucaginem oleosam, nigram, saporis acris ac exurentis. Vires. Calfacit & siccit, Cephalicus est, memoriam ac sensus acuens ac confortans, Schrod. De facultatibus Anacardii multum inter Auctores controversatur, de quibus consule R. H. p. 1813.

N. B. Rarè in Officinis nostris invenitur hic Fructus, cujus in loco Anacardium Occidentale Jonsfoni substituitur, ut loco sequente ostendemus.

XXIII. De Anacardio Occidentali.

Notæ sunt, Folia oblonga, glabra, sine ordine ramis adhærentia, flosculi pentapetali racematim dispositi, fructus pyriformis, nuce reniformi summo innascente.

A. Anacardium Occidentale, Jonsf. Dendr. 156. Anacardium Occidentale, Cajou, Mont. Exot. 9. Anacardium Occidentale Cajous dictum officulo reni leporis figura, Herm. Cat. Hort. Lugd. Bat. 36. Commel. Flor. Mal. 15. Anacardii alii species, C. B. Pin. 512. Herm. Mus. Zeyl. 37. Anacardus Zeylanica folio Nucis Juglandis, Cajous, Kaghu, Ejusd. 55. Cajous, Ger. 1360. Emac. 1544. Park. Theat. 1658. J. B. i. 336. Chab. 24. Laet. 606. Acajou, Tourn. Inst. 658. Boerb. Ind. A. ii. 262. Arbor Acajou, vulgè Cajou, Pif. Mant.

Mant. Arom. 193: *Acaiaiba, Pif.* (Ed. 1658.)
 1120. *Acajaiba & Acajuiba Brasiliensibus, Marcg.*
 94. *Kapamara, Hort. Mal.* iii. 65. *Tab.* 54.
 Pomifera seu potius Prunifera Indica nuce reniformi summo pomo innascente, Cajous dicta, *Raii Hist.* ii. 1694. *Cat. Jam.* 187. *Sloan. Hist.* ii. 136. **The Cajou, or Cassu tree.** In Malabar & Brasilia provenit. *Usu.* Nuces reniformes, foris fusci & duri, nucleum album, Amygdalæ dulcis sapore, substantia molliore includentes. *Vires.* Ventriculum roborant, fermentationem juvant, necnon vomitum & nauseam tollunt, Venerem stimulant, &c. *R. H.* p. 1649.

N. B. 1. In Officinis nostris pro Anacardio vero venduntur. 2. Sunt qui Terram Japonicam succum condensatum hujus plantæ esse affirmant, quorum errorem in capite de Palma refutavimus.

SECTIO SEPTIMA.

De Arboribus Bacciferis.

Baccam voco fructum minorem pericarpio seu pulpa humida donatum, cui semina seu nuclei includuntur vel solitaria, vel bina, terna, quaterna, aut plura, *R. H.* p. 1568.

Arbores & Frutices bacciferæ sunt vel

- Singulis acinis singulis floribus succedentibus, suntque vel fructu
- Monopyreno, seu unicum intus nucleum claudente, eæque vel
 - Erectæ, foliis
 - Perpetuis seu semper virentibus,
 - Compositis ex pluribus pinnarum conjugationibus,
 - Impari folio alam claudente, foliis majoribus, arboreque resinifera, strobulis stamineis

a b c d e f

a b c d e f

Summis ramulis infidentibus: *Balsamum.*

E tuberculis, è ramulorum lateribus exeuntibus: *Terebinthus.*

Nullis in extrema costa impari folio: *Lentiscus.*

Simplicibus

Parasitici nonnullis dicti, qui aliena scilicet quadrâ vivunt, baccis magis sparsis, aliisque plantis innascuntur: *Viscus.*

Telluris folius alumni, foliis majoribus

Oblongis, flore & fructu ad foliorum alas, baccis

Oblongis, foliis latis, glabris, facultate Cathartica, violenta, & maligna: *Laurcola.*

Rotundis parvis; majores & e-latiores: *Asa-fœtida.*

Cordiformibus, floribus monopetalis, quinquepartitis, racematim confertis: *Coculus Indus.*

Erectis, ensiformibus, Iridis in modum: *Draco Arbor.*

Deciduis

Simplicibus, longis, vi purgatrice violenta & maligna; floribus & baccis in singulis pediculis singulis: *Meze-reon.*

Compositis seu pinnatis, floribus racematim congestis, granis orbiculatis, Lenticulæ modo compressis: *Rbus.*

Scandentes, baccis rotundis sapore aromatico: *Cubebæ.*

Polypyreno suntque vel

Dipyreno, i. e. duos nucleos feminave continente, vel

Non spinosæ, foliis

Pinnatis, impari numero, flore ex oblongo tubo in quinque lacinias expanso, odorato: *Jasminum.*

Simplicibus, floribus & fructibus in

Racemos congestis, viminibus lentis, tenuibus; foliis angustis, longis, glabris, obscure virentibus; floribus albis; baccis nigris: *Ligustrum.*

a b c d